



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XL. Locuples, Locupletari, Lucrum, causa lucrativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

generaliter facta super toto territorio loca specia-
lia reclamare non debent. *Parif. consil. 22. n. 98.*
vol. 1. Wefenb. lib. 1. consil. 4. num. 77.

CAP. XXXIX.

DeLogicis.

Logicorum Regulae non audiuntur in regnis
Carpz. de Leg. Reg. cap. 13. sect. 9. n. 25. neque eo-
rum regulis aut praecipis Juris Consulti se ob-
stringunt. *Carpz. Diss. 5. de Inhib. cap. 1. posit. 11.*
n. 36.

CAP. XL.

Locuples, Locupletari,

Lucrum, causa lucrativa.

Axioma I.

Locupletior is factus dicitur, qui non est fac-
tus pauperior. *l. 47. §. 1. de solut.* ita locupletior
factus censetur is, qui indebitum accepit, si per il-
lud factus est in rebus suis non pauperior; v. c.
solvi tibi indebitum frumentum, tu frumentum
consumsisti, ita ut neque frumentum habeas, ne-
que pretium frumenti (quia scilicet non vendidisti,
sed consumsisti) tamen placuit te frumenti pre-
tium mihi restituere debere. *l. 65. §. 5. de condit. indeb.*
& habet hoc rationem: quia si tu frumen-
tum meum non accepisses, coactus esses de tuo e-
mere: Hinc est quod in rem domini vertisse ser-
vus videatur, quoties per eum res domini melior
facta est, vel non deterior. *l. 3. §. 2. de damn. in-
fect. vid. l. 5. §. 52. junct. l. 7. §. 1. de don. int. vir.*
& uxor. add. Don. ad l. 1. C. de condit. indeb. n.
56. Hæc tamen regula multas patitur exceptio-
nes, quæ colligi possunt ex *l. 9. §. 2. ad SC. Maced.*
l. 5. §. 8. l. 7. §. 1. de don. int. vir. & uxor.

II.

Locupletionis probanda onus incumbit ei, qui
dicit quem fuisse locupletiores. *Angel. cons. 133.*
super primo puncto. vers. si autem non fuisset ma-
le fidei. col. 2. Pacian. 1. cons. 59. num. 9. ubi regu-
lam exemplo bonæ fidei possessoris clarius illu-
strat, dum ait, eum non debere restituere fructus
consumptos nisi adversarius probaverit, quod eo-
s in suam utilitatem converterit, latius hoc i-
dem deducit *Angel. consil. 160. Domina Cathari-*
na in fin. ubi dicit: quod cautus Advocatus debe-
at deducere & probare speciem locupletionis,
quod non sufficeret probare, quod possessor in
suos usus fructus converterit, neque etiam ex hoc
sequitur, quod factus sit locupletior, potuisset e-
nim splendidius vivere, & per hoc non esset lo-
cupletior. *l. sed si lege 25. §. si qui re sua 12. ff. de*
petit. hered. vid. hac de re Curt. sen. cons. 71. Prin-
ceps defunctus. n. 11. vers. septima conclusio, col.
14. Jafon. in l. Nefennius §. fundum, numero 3.
vers. in fructibus autem. ff. de re jud. Felin. in
cap. de quarta. num. 31. vers. secunda restrictio,
extr. de prescript. Curt. jun. consil. 6. circa has
quatuor. num. 26. col. fin. & cons. 28. in causa
vertente in fin. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1.
§. 22. num. 52. Dec. in l. ex pænalibus. num. 62. de

R. I. Ludovic. Gomez. ad §. actiones. num. 21. In-
stitut. de action. Menoch. remed. 15. recup. poss.
num. 586.

Distingve tamen inter eum qui habuit titulum
lucrativum, & inter eum qui habuit titulum on-
erosum, ita ut priori casu non præsumatur quis
consumpsisse, & fructus jactasse quos putavit esse
suos, per ea, quæ allegat *Ruin. cons. 24. super his*
in fin. vol. 1. & latius consil. 29. quia testator in
fin. vol. 2. quem sequitur Johan. Lupus in rubr.
de donat. inter vir. & uxor. §. 48. requiritur in
pr. & §. 49. num. 1. Petr. de Anchor. cons. 2. pro
parte nobilis in pr. l. in pupillo 47. ff. de solut. po-
steriori vero casu non præsumatur locupletior
ratione tituli onerosi, nisi probetur, per ea quæ
tradit Bart. in l. si ipsa res n. 1. vers. tertio casu. ff.
quod met. caus.

III.

Quilibet præsumitur bona sua ex propria
industria acquisivisse non ex alieno rapuisse: fun-
datur hæc regula in eleganti textu, *l. 10. Cod.*
Arbitr. tut. add. Pacian. libr. 1. de probat. cap.
54. numer. 25. & 28. Carpzov. p. 3. qq. Cr. 122.
n. 51.

1. Patitur tamen hæc regula suas limitationes;
sic verbi causa quando mulier aliquid habet, &
unde habeat non apparet, ut evitetur turpis
quæstus suspicio, à marito habere creditur, *l. 51.*
de donat. int. vir. & ux.

2. Si persona dubiæ fidei subito ex inope di-
ves sit facta, nec titulum insperatæ fortunæ ede-
re possit, præsumitur dolo furtisque accepisse.
vid. Ord. Cr. art. 43. §. ult. & ibi: M. Stephan.
Harprecht. ad §. 12. f. de ob. quæ ex del. n. 11.

IV.

Qui lucrum quærit ex damno alterius in dolo
esse videtur. *l. 17. §. 4. de instit. & illud injus-*
te extorquenti cum multa auferendum est l. 5.
l. 9. C. de erogat. milit. annon. Perez. C. eod. n. 19.
Amplia, quod nec officia lucri & cupiditatis cau-
sâ ambire liceat, nec privilegia & honores eis con-
cedendi sint, qui studio exercenda cupiditatis eos
ambiunt *l. 2. C. de divers. offic. Brunnem. C. eod.*
Col. 4. Unde consequitur, quod qui lucrum
quærit sine damno alterius non sit in dolo. Ra-
tio, quia natura æquum est, ne quis cum damno
alterius locupletetur. *l. 14. de condit. indeb. l.*
206. C. de reg. jur.

Limitatio est, nisi ex culpa alterius quis locu-
pletior fiat cum damno alterius, quo tamen
etiam in casu agenti minus favetur, quam si de
damno vitando certet. *l. 18. 19. ex quibus caus.*
maj. ubi vid. Cujac. lib. 12. Pauli ad Edict. &
semper in jure id observatur, ut de damno vi-
tando certans præferatur lucrum quærenti. arg.
l. verum 11. §. item quæritur 6. de minor. l. ult. §.
licentia 10. C. de jur. delib. l. ult. 9. C. de Codicil.
lis. l. ult. C. de repud. her. l. 7. de jur. & fact. igno-
rantia. Harprecht. ad §. 2. Inst. quib. mod. re
contrahitur obligat. quod vel cum primis in ex-
traordinariis locum habet, d. l. 18. secus tamen
est in minoribus, quibus & in damno & lucro
subvenitur. l. 1. C. si ut omiff. hered. ubi Wefenb.
in paratit.

F. Lu-

V.

Lucrum perdere & damnum sentire inter se non aequiparantur. *l. fin. §. licentia 10. C. de jure delib. l. fin. C. de Codicill. l. Proculus. 26. ff. de damn. infect.* Hinc in computatione legis Rhodia habetur sola ratio damni non lucri, id est, res jactu perdita aestimatur saltem quanti emta est, non quanti vendi potuisset. In rebus tamen conservatis ad contributionem obligatis aestimatio fit non quanti emta sunt, sed quanti venire possunt. *Perez. C. de naufrag. n. 25.*

Limita quod eo casu tantum procedat, quo lucrum non fuisset acquisitum, ut cum est in spe, quia tunc lucrum amittere non est damnum sentire, prout loquitur text. in *l. quod autem 16. in princ. ff. quæ in fraud. cred.* secus enim est quando lucrum acquisitum est & radicatum, quia tale lucrum damnum dicitur. *l. liberto octuaginta 26. ff. de bon. libert. cum mult. concord. per Alex. in l. si fidejussor. §. in fidejussorem. col. 2. ff. qui satisd. cog.* Unde quando dici solet lucrum radicatum perdere, esse damnum sentire, maxime in successione plurium personarum obtinebit. *d. l. liberto.* cum tunc videatur mutare naturam lucri & transfundi in speciem propriorum bonorum, arg. *l. Titius 14. ibiq. Bart. ad SC. Trebell. l. sed etsi plures 10. §. filio 2. ff. de vulg. substit.* atque sic illud lucrum aliter in persona primi acqvirentis, quam in persona secundi judicabitur. *Alex. in l. si mihi & tibi in princ. col. fin. de legat. 1. Ludov. Gomez ad §. item si quis. Inst. de act. n. 17.*

VI.

Cum quis alterius contemplatione lucro privatur, lucrum illi indubio quæritur, cujus contemplatione privatur. *l. si legatarius 25. C. de legat. 1. cum emancipati 2. §. si duo 2. ff. de collat. bon. l. si defunctus 9. C. de suis & legitim. Ludov. Gomez. ad l. uxorem. §. heres. de legat. 3. add. Socin. consil. 5. præfens consultatio. col. 1. vers. 5. per tot. lib. 1. & consil. 241. circ. prim. difficult. col. 9. vers. 2. quomodo quis. lib. 2. Felin. in c. qualiter. §. ad corrigendas. col. 2. extr. de accus.*

Limita procedere, quando scilicet fuit privatus à Lege, non vero ab homine. *d. l. uxorem 41. §. heres.* hoc enim in casu illi non acqviuitur, cujus contemplatione fuit poena apposta, sed quæritur coheredi, vel substituto vel aliis ab intestato. *Alex. consil. 138. incip. opportunè. col. fin. lib. 1. Ludovic. Gomez ad §. superest. num. 21. Inst. de action.*

VII.

Lucrum ex culpa proveniens non potest deferri causanti culpam vel delictum. *Bald. in l. sed si hec. §. proflitum de in jus vocandis. in fin. Pacian. consil. 4. n. 38. per text. in l. si ab hostibus 16. §. fin. ff. solut. matrim.* Nemo enim ex suo facto culposo debet præmium vel lucrum reportare. *l. relegatorum. 7. in fin. ibique gloss. de interd. & releg. l. si ve hereditaria. 22. ff. de negot. gest.*

VIII.

Quod tibi non nocet, & alteri prodest, facile concedendum est. *l. 5. §. item Varus 8. ff. de aqua pluvi. arcend. Bart. in l. si cui. ff. de servit. Socin. jun. consil. 76. numer. 13. lib. 3. Cravet. consil.*

226. num. 3. in fin. Menoch. 2. arb. jud. cas. 237 n. 19.

IX.

Lucrum assumit sibi naturam illam, quam habet capitale. *l. auri. statuta. 2. ubi Bart. C. de frument. urb. Const.*

X.

Lucrum cum damno compensari potest. *l. u. ff. de negot. gest.* Intellige si uterque vel in dolo vel culpa reperiatur. *l. si ambo 10. ff. de compens.*

Unde inferunt Dd. primo, Lucrum non fieri compensationem cum damno causato ex negligentia vel culpa vel dolo administratoris, quando lucrum contingit ex legali providentia potius quam ex facto ipsius administratoris. *l. Casus 11. ff. de usur. ubi Bald. in lectur. antiq. dixit,* quod hominis culpa non compensetur cum provisione legali.

Secundò, quod damni fiat compensatio cum lucro proveniente ex industria administratoris mei, quando illud damnum provenit ex casu fortuito contingente in eo quod facit meus administrator. *l. si negotia. ff. de negot. gest.* ubi habetur quod administrator, qui insolitam negotiationem vel novam mercaturam fecit, teneatur de casu fortuito: sed si in quibusdam lucrum, in quibusdam damnum factum fuerit, debeat dominus lucrum cum damno compensare. Unde per hunc textum dicit ibi Bart. quod lucrum non compensetur cum damno emergente ex culpa administratoris, sed compensetur cum casu emergente, subjungens in fin. quia in compensatione lucrum & damni non inspicitur finis temporis totius administrationis, sed computetur de anno in annum, cujus contrarium tamen voluit Angel. ibi in princ. vide tamen omnino Alberic. ibi elegantius distinguentem, ubi dicit, quod aut quis accedit ad negotia solita tantum, & tunc omne damnum & lucrum erit domini, nisi damnum contingat ex culpa gestoris: aut accedit ad negotia domino insolita, tunc damnum spectabit ad gestorem: aut gessit solita & insolita, & tunc si lucrum est in solitis, & damnum in insolitis, lucrum spectabit ad dominum & damnum ad gestorem: si vero lucrum & damnum contingit in insolitis tantum, fiet in solitis compensatio lucrum & damni, sed in insolitis ita demum fiet compensatio, si erimus circa eandem speciem, circa enim diversas compensatio non fiet, alii dicunt, prout, ait Cast. ibi in fin. quod damnum aut contingit culpa gestoris, & non fiet compensatio, *l. de illo. ff. pro socio,* aut contingit sine culpa, licet in culpa fuerit gerendo insolita, & tunc fiet compensatio: quæ tamen distinctio Alberico non placet, quia hoc modo non esset differentia inter solita & insolita negotia. vid. tamen Dd. in c. nihil extr. de elect. Ubi Joh. de Imol. & Panorm. uterque in fine dicunt: quod quando diversi sunt contractus, tunc non fiat compensatio siue fuerint initi cum eadem persona, siue cum diversis, sed quando unicus est contractus fiat compensatio, veluti quando quis emit plura animalia eodem pretio, & aliqua obierunt & alia sunt augmentata, vid. & gloss. in d. l. si negotia verbo sit solutus de negot. gest. ubi not. sex casus, ubi quis de casu fortuito tenetur.

Declarant tertio, quod quando dicitur lu-

cri

cri cessantis, provenientis ex negligentia administratoris seu consocii fieri compensationem cum lucro, quod provenit ex industria ejusdem, procedat in administratore voluntario. d. l. Gajus. ff. de usur. secus in administratore necessario, prout sunt tutores & curatores; hic enim aut totam administrationem approbandam aut totam reprobendam esse, textus est in l. cum quæritur 16. ff. de admin. tut.

XI.

Lucrum nullum intelligitur nisi omni damno seu ære alieno deducto, sicut etiam contra damnum non intelligitur nisi prius compensato omni lucro. l. Mutius 30. ff. pro soc. Hæc regula potissimum vires suas exercet in materia communionis, cum enim societas jus quoddam fraternitatis inducat, merito omnia bona malaque in commune rediguntur. l. 73. l. 63. l. 38. pro soc. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 22. num. 4. Unde est quod ante omnia expensæ cum lucro veniant compensandæ. l. 82. pro soc. Schneidervin. in §. quædam Inst. de action. sub rubr. famil. herisc. n. 56.

Declarationis tamen causa restringenda est hæc regula tantum ad damna societatis, hoc est, quæ quis occasione communionis non extrinsecæ sentit, hæc enim communioni non imputantur. vid. Carpov. p. 3. conf. 15. def. 46. & seq.

XII.

Lucrum quod lege datum est privatus auferre non potest. Novell. 22. cap. 33. in fin. Ernest. Cothman. vol. 1. conf. 74. c. Raynuius 16. in med. vers. præcepit etiam idem iudex extr. de testam. Socin. sen. conf. 121. vol. 4. num. 34. Exempla vid. apud Gail. 2. observ. 187. num. 2. add. Matth. Berlich. pag. 3. concl. 9. num. 3. & 4. Pantfchman. p. 2. q. 5. n. 1. & 12. Matth. Coler. part. 1. decif. 45. num. 27. Welenb. in paritit. ff. unde vir. & ux. n. 3. Carpov. p. 3. conf. 7. def. 1. num. 1. Bald. in l. pro hereditariis. vers. sextus. C. de hered. att. Fulgof. Caltr. Roman. & Dd. communiter in auth. præterea. Cod. unde vir. & ux. Roman. conf. 448. ubi Horat. Mandol. in addit. Dec. conf. 19. in fin. Bald. in l. filium quem. num. 33. famil. herisc. & cap. Raynuius extr. de testam. Alex. conf. 55. consideratis. lib. 1. n. 1. Roland. à Vall. in tract. de lucr. dot. quæst. 82. Socin. conf. 108. & conf. 121. n. 16. vol. 4. Cacheran. decif. Pedem. 20. Alban. conf. 50. num. 2. Riminald. conf. 192. num. 15. Burfat. conf. 212. n. 5.

XIII.

Lucrum facilius impeditur, quam quod damnum inferatur. l. fin. Cod. de Codicill. l. si emancipata 3. C. de jur. & fact. ignor. l. error. 3. ff. eod. t. Corn. conf. 22. in hac consultatione. n. 40. vol. 2. Alex. in l. 2. §. fin. qui satiad. cog. Pantfchm. lib. 2. pract. quæst. 5. n. 41.

XIV.

Lucri incerti ac dubii ratio habenda non est. l. Proculus 76. ff. de damn. infect. l. non fraudantur 176. ff. de R. I. Carpov. p. 3. conf. 7. def. 15. n. 9. Considerato enim dubio eventu lucrum non est considerabile. l. de fideicommissio 11. C. de transact. l. si pater puella 12. C. de inoff. test.

Cravett. conf. 114. numero 13. Burfat. conf. 32. num. 38. & 39. Socin. conf. 122. n. 22. vol. 1. Caltr. in l. si quando. §. generaliter de inoff. testam. Ripa de Legib. lib. 1. cap. 6. num. 8. Tiraquel. in Comment. consuet. Patav. lib. 2. §. ult. gloss. 4. Lap. in allegat. 25. num. 5. ubi latè Mandol. in addit. Pantfchman. 2. quæst. pract. 5. n. 31.

XV.

Cuilibet permittum est lucra sectari etiam cum alterius damno. can. fraternitatis 11. caus. 12. q. 2. l. omnium 19. C. de testam. Petr. de Anchar. conf. 47. pro clario. num. 4. Non enim dicitur fraus fieri ei qui tractat de jure quærendo. l. quod autem 6. in pr. de iis quæ in fraud. cred. §. item si quis in fraudem. ubi Arcin. num. 6. vers. gloss. in rem suam. Instit. de action. Boff. in tit. de publicat. bon. num. 29. Francisc. Becius conf. 72. Iterum post secundo loco. num. 13. Pantfchman. lib. 2. quæst. pract. 21. num. 34.

XVI.

Quæ contra fas fiunt, lucrum calliditatis afferre non debent. l. 3. Cod. de repud. nemo enim ex sua improbitate aut negligentia lucrum quærere debet. l. 12. §. 1. ff. de furt. l. 134. §. 1. de R. I. Dn. Parens in meum. crimin. disput. 2. thes. 76. exempla elegantia occurrunt in l. 53. §. 3. de furt. l. 71. §. 1. l. 76. §. 1. d. tit.

XVII.

Species lucri est ex alieno largiri & beneficii debitorem sibi acquirere, l. 54. §. 1. de furt. quemadmodum lucri loco computatur, gratiorum apud alium fieri. in l. 17. §. 1. de Usur. l. 8. §. sed si gratiose. de administr. rer. ad civit. pert. Id verò in lata lucri significatione accipiendum est: proprie enim dicendo talis acquisitio locupletiore non facit. l. 25. §. consulu. 11. de hered. perit.

XVIII.

Lucrum ex alieno pendens arbitrio non est considerabile. l. inde Nenatius 23. §. idem Julianus 2. ubi gloss. adverb. quia retrorsum. ff. ad Legem Aquil. l. Medicus 26. in fin. ff. de oper. libert. Bald. conf. 71. vol. 1. & l. unic. numero 45. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Welenbec. 1. conf. 34. n. 22. & 2. conf. 67. num. 22.

XIX.

Duæ lucrative causæ in una eademque persona circa eandem rem non possunt concurrere. §. si res aliena 6. Instit. de legatis. l. 108. §. Stichum 4. ff. de legat. 1. l. 66. §. 1. de legat. 2.

Limitatur hæc regula in casu quo causa acquisitionis variatur. Eadem enim res bis debetur ex diversis causis, quæ non sunt incompatibiles, v. g. stipulationis & testamenti. l. 18. de obl. & act. l. 12. de probat. l. 3. C. de petit. hered. l. 13. de l. b. & possib. l. 46. pr. de legat. 3. l. 13. §. 4. ad SC. Trebell. Christ. Philipp. Richter. de success. sect. 3. p. 238. add. Carpov. p. 3. conf. 18. def. 26. n. 5. & 6. planius dixeris distinguendo inter causas mediatas & immediatas.

XX.

Lucrum quod potest contingere uni ut alteri in considerationem non venit. l. n. C. de transact. l. si pater. 12. C. de inoffic. testament. cum similib. apud Decian. 4. resp. 441. num. 27. Anton. de rescript.

rescript. morat. lib. 5. conclus. 6. n. 30. Carpov. p. 3. consil. 7. def. 15.

XXI.

Lucrum ibi debet collocari, ubi & periculum. l. ult. §. 3. C. de furt. nec ante rem aliquam quæstui iniquam esse convenit, quam periculo ejus sit. l. 1. §. 13. commod. Unde lucrum qui amplectitur damnum recusat, ferendus non est. l. unic. §. 4. C. de Cad. toll. Carpov. 4. R. 19. n. 3.

XXII.

Lucrum cessans non præsumitur nisi probe-
tur Wesenb. 1. conf. 50. n. 34. alioqui hoc lucrum
mercatores de facili fingerent, & applicarent ad
ita mutuandum, quia lucrum esset tutius ac fre-
quentius, & pecunia pecuniam acquireret. Cra-
vert. conf. 189. quando num. 7. conf. 89. num. 5. &
ita in mutuo concludunt Aretin. conf. 151. viso.
n. 3. 4. Dec. conf. 119. num. 9. conf. 167. in fin. A-
lex. conf. 20. num. 3. Unde cum usura sit quicquid
ultra sortem quomodocunque accedit. Alex. conf.
61. num. 11. vol. 6. non debetur quicquam hoc no-
mine, nisi petatur & probetur ut verum interesse.
Dec. conf. 119. n. 11. Alex. conf. 121. num. 1. 2. 3. 4.
vol. 2. conf. 63. num. 4. vol. 4. conf. 31. num. 1. &
12. vol. 6. alioqui est rapina & exactio nequissima.
Alex. conf. 1. num. 6. volum. 2. omni jure prohi-
bita. Alex. conf. 93. num. 8. volum. 6. conf. 49.
numero 1. vol. 4. conf. 107. n. 1. 2. conf. 1. num. 2.
23. vol. 1. eadem ordinantur in ordinationibus ac
comitiis Imperii, ubi omnis generis lucra prohi-
bentur supra sortem excepto pacto retrovenditi-
onis annuorum reddituum quinque pro centum.
vid. hac de re Reichsabschied 1. de anno 1548. cit.
von Reformation guter Policey. cap. von wun-
derlichen Contracten.

XXIII.

Lucrum cessans pro damno habetur. l. 3. §. fin.
ubi gloss. de eo quod cert. loc. l. si commissi. ff. rem
nat. haber. l. 2. §. merito. 10. ff. ne quid in loc. public.
l. 2. & 3. de revoc. l. si manifestè. C. de servit. & aq.
Wesenbec. lib. 1. conf. 34. num. 14.

XXIV.

De quasi lucro idem iudicium fieri debet, quod
de vero lucro fieri solet, Jas. in l. juris ignorantia
in pr. C. qui admitti. & ibi Dec. in 2. lectura &
gloss. idem Jason. in l. 3. in fin. C. de jur. & fact.
ignor. & ibi Bart. in fin. Roman. conf. 185. mater.
num. 3. vers. secundo quia hereditas. col. 2. Aretin.
conf. 17. consideratis. num. 7. vers. ex tertio etiam
capite. col. 5. & Alex. conf. 17. ponderatis. num. 7.
vers. quod autem dicta domina. vol. 3.

Declara hoc procedere largo modo & secun-
dum quasdam juris communis dispositiones, se-
cus vero in statutis quæ regulariter stricte (maxi-
me quando juris communis correctionem & o-
dium in se continent) interpretari debent. vid.
Aretin. in l. si duo. col. 2. vers. tertio colligit. ff.
de acquir. hered. Tiraq. in l. si unquam in pr. n.
19. vers. & sanc. C. de revocand. donat. add. & Pa-
cian. lib. 2. de probat. cap. 3. num. 169. cum seq.

XXV.

LOCUPLETARI nemo debet cum
alterius jactura. l. nam hoc natura 14. ff.
de condict. indeb. l. naturaliter 15. §. fin. l.

hac conditio 66. ff. eodem tit. l. bona fides
50. ff. de action. empt. l. jure naturæ. 206. ff.
de Regulis juris. l. ult. C. de usucap. pro empt.
l. fin. §. in computatione, C. de jure delib. cap.
suam 9. de pænis, cap. locupletari 47. de
Reg. Jur. lib. 6. Dec. per text. ibi in l. si me
& Titium. numer. 3. ff. si certum pet. & con-
sil. 254. numer. 8. vers. sicut in simili, lib. 2.
(Bursat. consil. 309. pratendit. numer. 10.
melius enim est quempiam non lucrari
quam alterum damno afficere, Philip.
Marth. ad l. 137. numer. 5. de R. l.) Alex. conf.
92. Perspectis. numer. 5. in fine, lib. 1. ubi
num. 6. ait æquitatem d. l. si me & Titium.
non habere locum, nisi quando res alie-
na pervenit ad me titulo lucrativo. Vi-
tal. de Camban. in tract. clausul. pag. mi-
hi 15. num. 11. Socin. conf. 254. num. 3.
Natt. conf. 384. num. 13. Thom. de Tho-
masset in floribus legum, reg. 24. Surd. conf.
101. num. 17. Ugolin. de officio & potest. E-
piscop. cap. 18. §. 2. numer. 4. Cas. Argel.
de contradict. legit. q. 20. num. 48. Anton.
Menoch. Lucens. decis. 23. num. 23. Pi-
chard. ad §. sed naturalia Instit. de jure na-
turali, num. 3. & in disput. de nobilit. com-
municativa, numer. 73. Mari. Antonin.
var. resolut. lib. 1. resolut. 23. num. 3. & lib. 2.
resolut. 41. numer. 13. Cardin. Tusch. pra-
ctic. conclus. tom. 5. lit. L. concl. 438. per
totam. Rot. decis. 47. num. 3. & decis. 524.
apud Farin. part. 2. recent. Stephanus
Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 761.
Cancer. var. resolut. p. 2. cap. 1. num. 164. O-
vid. de Amicis de jure emphyt. q. 70. n. 4.
& q. 73. num. 3. cum aliena enim jactura
locupletari scienter, dolosum est, l. 1. §.
an in pupillum 15. ff. depositi. l. si quis manci-
piis 17. §. Proculus ait 4. ff. de instit. act. Lan-
cel. Gallia conf. 105. n. 87. Malvas. conf. 79.
n. 19. Franc. Vivi. decis. 160. num. 5. Mari.
Giurb. in consuet. Messan. p. 1. c. 1. gloss. 8. n. 64.

XXVI.

LUCRUM non acquirere unicuique
licet, l. quod autem 6. alias. l. qui autem. ff.
quæ in fraud. cred. l. non fraudantur 134. ff.
de Reg. Jur. l. alienationis verbum 28. §. qui
occasione. ff. de verb. signif. l. si sponsus 5. ff. de
donat. inter virum. Joan. Anton. Mangil.
de imputat. quest. 70. num. cum seq. Giurba
ad consuetud. Messan. cap. 5. gl. 8. n. 5. & cap.
10. gloss. 8. n. 5.

XXVII.

LUCRUM non debet quis capere
ex eo quod nitor impugnare, c. ex eo 38.
de R. l. in 6. c. olim 20. de cens. l. si à te 7. C.
de pactis inter empt. l. quod si minor. §. re-
stitutio

stitutio 4. ff. de minorib. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 45. num. 16. Mari. Anton. var. resolut. lib. 3. resolut. 1. num. 62. Stephan. Gratian. disceptat. forens. tom. 4. cap. 770. num. 21. & tom. 5. cap. 967. num. 28. Si impugnans scilicet obtinuerit, secus si succubuerit. Anton. Gabr. commun. tit. de Regul. concl. 1. numer. 52. limit. 8. Stephan. Gratian. d. tom. 4. cap. 688. num. 38. & cap. 704. num. 41. ubi num. 40. limitat, in impugnatione necessaria, & legali. Limita etiam dum lis pendet, quia ea durante impugnans ex actu impugnato lucrum consequi valet. Anton. Gabr. d. conclus. 1. num. 40. Francisc. Vivi. decis. 379. numer. 6. Franciscus Antonin. lib. 1. resolut. 36. numer. 7. Giurba decis. 55. numer. 11.

CAP. XLI.

De Luctu.

Quoties in vidua nulla adest graviditatis praesumptio, toties licita est circa annum luctus dispensatio, quia sic cessat prohibitionis ratio naturalis, nimirum confusio sanguinis; superest verò civilis saltem, nempe reverentia manibus mariti debita. N. 22. c. 22. quam tollere & circa eam disponere potest princeps.

Exempl. Ita ergo si maritus ante obitum per longum tempus aegrotaverit, seu alias debitum conjugale non praestiterit, licite dispensabit princeps. Carpoz. Jurisprud. Eccles. Lib. 2. def. 164.

CAP. XLII.

Ludus.

Axioma I.

In ludo quod fit, non praesumitur animo nocendi factum. l. si ex plagis. 52. §. 4. & ibi Gothofred. in not. ad corp. gloss. ut & Joh. Oldendorp. ad L. Aq.

II.

Ludi jure sunt prohibiti. r. t. ff. & C. de aleat. & allus. Ex ludis enim proveniunt blasphemie, perjuria, dilapidationes, lachrymae, l. fin. C. de aleat. inimicitiae, jurgia, caedes & plurima alia incommoda, quae enumerantur ab Hostiens. in summ. de Eccl. praelat. verb. Clericis. Par. de Puteo de ludo. num. 4. Petr. Gregor. in Syntagm. cap. 3. num. 10. lib. 13. qui refert Anton. Florentium dicentem, ex ludo tot crimina nasci, quot sunt in taxillis puncta Menoch. lib. 2. arbit. jud. cas. 399. Lancelot. in tr. de offic. Praetor. in caus. criminalib. cap. de Lusorib. num. 2. Unde & aleatorum nomen pro infami haberi docent. l. 2. §. ult. ff. de his qui not. infam. l. 225. de V. S. l. 26. de injur. imò non tantum pugnare cum jure naturali, quippe qui alterum locupletiolem cum damno

alterius reddunt. contra l. 14. l. 66. de condit. indeb. l. 6. §. 3. ff. de negot. gest. sed & divino juri esse contrarios, ex Luthero ostendit Rauchbar. p. 2. q. 25. n. 36. quia de causa nec per contrariam consuetudinem induci posse, statuit Carpoz. 6. R. 96. ubi limitat hanc regulam in ludis, qui non fortunae tantum, sed & artis sunt: hos enim qui sola arte, viribus vel ingenio peraguntur regulariter licitos & permisos esse, patet ex l. 2. §. 8. l. fin. de aleat. l. fin. C. de religiof. hisce adjunguntur & similes lusus, qui virtutis & ingenti excitandi vel acutiendi causa fiunt. l. 7. §. 4. l. 55. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. ff. de his qui not. infam. l. 8. de Excus. tut. l. 1. §. 6. ff. de postul. l. 40. de re jud. l. 5. C. quæ res pign. oblig. poss. l. unic. C. de Ablet. Lancelot. in cap. de Lusoribus. num. 18. Stephan. Cost. de ludo §. 2. num. 12. & 15. Clar. lib. 5. sent. §. ludus. num. 4. unde etiam nec Clericis ludere interdictum. Accurs. in Auth. interdicimus. verb. tabulas. C. de Episcop. & Cler. & in Nov. 124. Paris de Puteo de ludo n. 6. Joh. Aquila de omni ludor. genere 5. periphrast. 3. Coroll. 1. 2. 3. Rauchbar. p. 2. quæst. jur. & civil. & Saxon. 24. n. 8. daturque actio & petitio eorum, quæ ex hac causa debentur. l. 1. C. de aleat.

Excipe (1.) nisi & in his ludis licitis dolus, fraus vel circumventio interveniret. l. fin. vers. quibus sine dolo. C. de aleat. l. 9. §. 4. ad L. Aquil. Lancelot. de Lusorib. num. 13. Panorm. in cap. Clerici de vita & honest. n. 13. vel (2.) nisi quæstus & lucri causa instituerentur. l. 1. vers. qui artis ludicæ pronuntiandæ. l. 2. §. 5. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. remoret. 5. de postul. l. 14. de pen. l. 23. §. 1. C. de nupt. l. 4. C. de Episc. aud. l. 8. §. vir. C. de repud. l. 4. C. de spectac. Novellus. cap. 3. §. si præter. 10. vel (3.) si lusus tales essent cruenti noxii, ex quibus crimina, caedes & injuriæ orirentur. §. illud in proam. ff. ut sunt duella. l. 3. princ. ff. de liber. & posthum. l. unic. C. de gladiator. cap. monomachiam. 2. quæst. 4. cap. 1. & 2. de purg. vulg.

III.

Apud Romanos decuriones ad voluptatem provincialium ludos edere tenebantur, & si hos negligebant, ipsa Civitas edebat, & Decurio protinus compellebatur sumtus reddere. l. 20. C. de Decur. Perez. cod. tit. n. 51. 52. De his ludis voluptuariis vid. tot. tit. C. de spectacul. & scen. qui in Rep. omnino prohibendi. Perez. Cod. ibid. n. 14. 15. aut à magistratu cavendum, ne in Ludis & Comædiis verba impudica vel gestus lascivi interveniant, sicut in concessione Majumæ l. un. C. de Majum. Perez. C. cod. n. 5. 6. 7. Ludi enim & Comædiæ approbantur, quæ à juventute & Collegio civium virtutis causâ exhibentur. Perez. C. de spectacul. & scen. n. 17. 18. ut & spectacula venationum. Perez. C. de Venation. Fer. num. 5.

CAP. XLIII.

Luere, Luitio.

Axioma I.

Luat in corpore, qui non habet in aere. l. si quis